CASSIODORUS
Südostdeutschland (?, nicht Salzburg), 2. Drittel 9. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38166
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

resurrectione erigamus; & conuertit in sanguinem flumina eorum; hoc est rerum spiritalium causas peccatores sentire carnaliter; Incipit plaga egipto; Et imbres eorum nec ibi erant, significat nec predicationem celestem spiritaliter intelligerent; hec & sequentia ad litteram manifesta sunt; Misit in eos feronomiam & comedit eos; hoc est. In ipsorum ulcerum uinde exortus aculeus; & rana & disperdit eos; Rana est loquacissima uanitas erroris quae in ipsis clamoribus garrire non desinit; Et dedit erugini fructus eorum; Erugo est amor turpis honestatem occulta inminutione consumens; Et labores eorum locuste; Locusta est maliuola detractio alienos aduersus inuidie oblocutione corrodens; & occidit in grandine uineas eorum; Grando est cominatio dni quae uerberat contumaces eosque umbraculis suae delectationis expoliat; & moros eorum in pruina; Pruina est percurrens malitia quae alienos labores euenire non permittit ad fructus; & tradidit grandini iumenta eorum; Morte pecodum stultorum significat occasus qui malis cesti. tanquam iumenta fundunt; & possessionem eorum igni; Ignis significat cupiditatem ignobilem quementis statum execrabili ambitione deuastat; notandum hec tres plagae id est erugo pruina ignis in exodo non legunt; Ignem ibi dicit mixtum cum grandine ut fructus leder & non possessiones incender & sed pistis aliter ut posite. scilicet. ulcera. & tenebre. quod in litteris diuinis congrua intelligentia rerum inuenis est. uariatum; Misit in eos iram indignationis sue. Indignationem & iram & tribulationem. Inmissionem angelorum malos; Prius enim dns peccatis nostris irascitur quando nulla